

qualem vegetabile, ex quo parata sunt, possidet, multo tamen majori in gradu: Gaudent enim iisdem principiis, quibus vegetabile præditum est, & quoniam terrea & aqueæ partes sunt separatae, hinc major iis tribuenda est tam concentratio, quam subtilitas, adeoque, juxta principia mechanica, majori efficacia etiam agere possunt, ac vegetabile ipsum. Hæc actio tamen fortior nullam inferre valet noxam, quia in salibus mediæ naturæ unius principii actio per contrarium principium moderatur. Tutius & meliori successu hæc Salia, utpote media, adhiberi possunt in febribus intermittentibus, Hydrope, aliisque a viscido ortis chronicis morbis. In obstructionibus pertinacissimis itidem optimo cum effectu in usum vocari possunt.

Resolvunt, abstergunt, aperiunt atque roborant.

T A N T V M.

S. D. G.



De rebus in ...  
 his virtutibus ...  
 to, hæc illis non solum ...  
 quibus

